

centa, λ triginta, γ tria, *σ γ λ* sunt lineæ ducentæ & triginta tres.

### Paraphrasis.

Hæc epistola Roma, postquam ibi ex divina inspiratione est scripta, ad Galatas est missa, ducentisque & triginta tribus lineis constitit.

### Thema.

Missio epistolæ Galatarum.

### Applicatio.

Prop. 1. text. *Hæc epistola est, quæ Roma est missa ad Galatas. E.*

Licet ad credentes epistolas scribere ac mittere.

Epistola ad Galatas est scripta propter eorum informationem atque emendationem.

Ex epistola ad Galatas informandi atque emendandi sumus.

Epistola ad Galatas est utilis ad informationem atque emendationem.

Doctores Christiani debent auditores suos curare.

Afflicti sunt consolandi.

Tentati sunt confirmandi.

Prop. 2. text. *Hæc epistola est, quæ constat lineis ducentis & triginta tribus. E.*

Dantur signa integritatis scripturarum.

Ecclesia de integritate scripturæ fuit sollicita.

Deus voluit, ut scriptura sit integra.

Sacræ scripturæ est credendum.

Epistola ad Galatas est incorrupta.

*Deo sint gratia.*

INDEX